ſultum Trebellianum,cum ſubſtitutio de li
magnifici domini Ioannis Mereſcala limitata
ad bona omnia certæ regionis, ut in teſtō cō
¶ Quibus tn̄ non repugnantibus, ꝯriam ſen
m veriorem eſſe in caſu noſtro arbitror, in
s conſiderando,rationem,quę fuit Bar.& alio
in d.l.ſi quis ſeruum in fi.ff.de lega. 2.† ubi pro-
declarat,qūo cognoſcatur fideicōmiſſum uni-
le,quare eſt,ꝙ qn̄ legatur, ſeu relinquitur pars
tatis,dr̄ fideicommiſſum vniuerſale, in quo
habet Trebellianum,ſed qn̄ relinquitur, ſeu
pars bonorum,non dr̄ vniuerſale, ſed parti
am ratio ſm̄ ipſum eſt, quia in primo caſu
commiſſo continentur iura & actiones a-
paſſiuæ, ſecundo verò non, cum bona di-
re alieno deducto.l.ſubſignatum §.bona ff.
ign. cum ſimilibus; & hanc rationem aſſi-
ſequuntur doctores omnes ibi, & in l. co-
Trebellianū in prin.& in l.non amplius ff.de
ideo qn̄ legantur omnia bona,dr̄ eſſe fidei
ſſum uniuerſale, quia tunc ueniunt ēt iura,
in l.cogi in prin.& in l.quoties §. fin. ff. de
& in l.uxori ff.de vſufruc. lega. Sed † in ter-
noſtris non ſolum fuerunt relicta omnia bo-
æ regionis, neq; ſolum facta fuit ſubſtitutio
ibus bonis,& iuriſdictionib. certi loci, ſed
fuit ſubſtitutio in omnib. iuribus ipſius te-
quorum appellatione ueniunt actiones, &
iones actiuæ,& paſſiuę,& alia incorporalia,
de rebus corporalibus, & incorporalibus
& in l.1.§.quędam ff.de rerum diuiſ.ergo &c.
c obſtat,ſi dicatur,ꝙ illa uerba debeant intel-
limitatiuè de iuribus certi loci, ſicut intelligun
tur, & reſtringuntur ad bona certæ regionis, cum
ſub una,& eadem determinatione ponantur.l.nam
hoc iure ff.de vulg.& pup.& limitata cauſa limitatū
producit effectum l. in agris ff. de acquir. & rerum
39 domi.cum ſimilib.Quia rn̄deri pōt,primò,† ꝙ ſub-
ſtitutio facta de liberis magnifici domini Ioannis
Mereſcala facta fuit de omnibus iuribus, quia illa
vniuerſalis omnibus refertur ēt ad uerbum iuribus
vt patet,& argō eorum, quę habentur in l. talis ſcri-
ptura,& in l.ſi ſeruus plurium in fi.ff.de leg.1.ergo li
beri domini Ioannis de Mareſcala dn̄r ſubſtituti in
omnibus iuribus ipſius teſtatoris, & ꝑn̄ter non in
omnibus bonis,& iuriſdictionibus, & alijs ſuis bo-
nis dumtaxat, quare uerum erit dicere, ꝙ ſit fidei-
commiſſum vniuerſale,non autem particulare d.l.
cogi cum ibi not.& in d.l.ſi quis ſeruum in fin. ff.de
lega.2.& ibi Bar.& alij.Secundo reſpondetur,ꝙ ne-
ceſſario debet intelligi de omnibus iuribus genera
liter,& vniuerſaliter, exceptis tamē iuribus relictis
alijs perſonis,tum ꝑꝑ vniuerſalem omnibus, argu.
l.Iulianus ff.de leg.3.tum quia,ut dictum fuit,in alia
ſubſtitutione facta de alijs bonis,& iuribus alterius
loci,& regionis non fuit appoſita vniuerſalis omni-
bus,ergo prima ſubſtitutio facta de liberis D.Ioan
nis de Mereſcala dicet magis vniuerſalis ꝑꝑ ſignū
vniuerſale omnibus, q̃ ſit ſecunda ſubſtitutio facta
de liberis D.Ioannis de Crans,in qua non fuit appo
40 ſita uniuerſalis omnibus,†quæ facit diſpoſitionem
generalem,& uniuerſalem,ut per Bar. in l.ſi ita in 2.
col.de auro,& arg.leg.cum ſimilibus,& in l.ſi ita in
princ.ff.de leg.2.& extat regula, quę generaliter eſt
41 vera in fideicommiſſis,& ſubſtitutionibus;ꝙ † ſub-
ſtitutio non habet locum,niſi in ijs,in quibus loqui
tur,& dici ſemper poteſt,de hoc non loquitur ſub-
ſtitutio,ut per Ioannem Andr.in addi.ad Spe. in tit.
de teſta.in §.1.uerſi.occurrit;per Oldr. in conſil. 21.
thema tale eſt,Soc.in conſil.62. in 3.col.& in conſil.
69.in 5.col.in 3.uol.& habetur per Abbatem in con
42 ſi.111.facti contingentia.¶ Præterea,cum † ſubſtitu
tio facta de liberis D.Ioannis Mereſcala facta fuerit
de omnibus iuribus,non debet intelligi facta de iu
ribus certæ regionis, & certi loci, qm̄ iura, hoc eſt
obligationes,& actiones actiuę, & paſſiuę ſiue rea-
les,ſiue perſonales, tanquam imperſonaliſſimę co-
hęrent, & infixæ ſunt oſſibus, & perſonā comittan-
tur;illiq; adhęrent,non autem territorio,nec certo
loco,ſeu certa regione circumſcribuntur.l. fina. &
ibi Bald.C.de pręſcriptio. long. tempor.l. quis ergo
cum glo.ff.de pecul.ubi inquit gl.ꝙ iura,hoc eſt no
mina,ſiue actiones non poſſunt ſeparari à domino,
nec ab eius oſſibus,ſicut nec ſtare poteſt anima ſine
corpore.l.quod debetur eodem tit.l.3.ff. pro ſocio:
& dicit Salic. in l.cunctos populos in penultima co
lum.in uerſic.& ſi eſſent C.de ſumma trinita.& fide
43 catholi.† ꝙ quoad iura, & actiones, quę reperiun-
tur in hęreditate, ſeruari debet ſtatutum loci origi
nis,& defuncti,non autem ſtatutum loci,in quo re-
periuntur,& ſita ſunt bona,propter quę competunt
actiones,ſeu illius loci,in quo degunt,& morantur
debitores, qui conueniri poſſunt, quoniam actio-
nes,& obligationes,& iura huiuſmodi non dicun-
tur eſſe bona,quę dicantur eſſe de territorio,ſeu eſ-
ſe in territorio,uel extra territorium,cum non oc-
cupent locum,ut d.l.1.§.quędam,& inſtit. de rebus
corporalibus, & incorpor.l. à diuo pio §. in uendi-
tione ff.de re iudic.facit etiam id, quod uoluit Bal.
in l.1.ff.de ſtatu homin. ubi idem ſenſit, & habetur
optimè per Alexan. in conſilio 111. in 4. uolum. &
in conſilio 101.in 3. uolum. & in conſilio 141. in 7.
uolum.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Nec obſtant uerba Bart.in d.l.ſi ita in 2.col. ff. de
auro,& argento lega.ubi facit dr̄iam,an teſtator di
xerit ſimpliciter, lego oĩa bona, an uerò oĩa bona,
q̄ ſunt in tali loco,quia primo caſu ueniunt ēt futu
ra,& dr̄ legaſſe ſubſtantiam,& hæreditatē,ſecundo
verò caſu non ueniunt niſi præſentia, nec dr̄ legata
tota hæreditas,nec tota ſubſtantia. ¶ Item nec ad-
uerſat̄ tex.in d.l.cogi §.ſed & ſi miles ff. ad Trebel-
lianū in duobus locis,primo dum prǫſupponit non
eſſe fideicommiſſum vniuerſale,qn̄ hæres vl̄iter in-
ſtitutus grauatus fuit reſtituere bona,quæ ſibi ab ali
quo obuenerunt,ſeu quæ in aliqua regione habet,
ſecundo dum præſupponit ēt eſſe fideicommiſſum
particulare,& non vniuerſale; qn̄ fuit grauatus hæ-
res vl̄is reſtituere hæreditatem, quæ teſtatori ab ali
quo obuenerat,ut intelligunt doctores ibi,& videt̄
tex.in l.cum filius §.Lucio ff.de leg.2. & tn̄ tale lega
tum factum de hæreditate hmōi, quod contineret
iura,& actiones actiuè, & paſſiuè, ut in d.§.Lucio,
dr̄ eſſe particulare, Quia his omnibus, quæ prima
facie multum ſtringere vñr,facillimè rn̄deri poteſt
44 † primo, ꝙ qn̄ hæres fuit grauatus reſtituere bona,
quæ in aliqua regione teſtator habet, dr̄ eſſe fidei-
commiſſum particulare, qm̄ tunc tale fideicōmiſ-
ſum non continet, nec comprehendit iura, actio-
nes, & obligationes, quæ faciunt fideicommiſſum
dici vl̄e,vt per Bart.in d.l.ſi quis ſeruum in fi.,& in d.
l.cogi in principio:ad hoc enim, ut fideicōmiſſum
factum de bonis dicatur vniuerſale,requiritur, uel
ꝙ fuerit factum de omnibus bonis,uel de bonis ſim
pliciter,& indefinitè,nam tunc ſub illo, ſeu ſub cō-
memoratione omnium bonorum, uel bonorum
ſimpliciter comprehenduntur iura,& actiones l.co
gi in princ.& ibi Bar.& omnes ff.ad Trebellianum:
ſed quando non eſt factum de omnibus bonis,
nec de bonis ſimpliciter, ſed de parte bonorum,
ſeu de aliquibus bonis particularibus, ut certi loci,
dr̄ particulare, quia ſub illo nō comprehenduntur
iura,nec actiones,& ita intelligatur tex.in d.l. cogi
§.ſed & ſimiles,iunctis ijs,quę uoluit Bar.in d.l.ſi ita
in 2.col.& in d.l.ſi quis ſeruum in fi. ff.de leg. 2. & in
l.non amplius §.ſi quis ſeruorum ff.de leg. 1. in caſu
autem noſtro facta fuit ſubſtitutio non ſolum de
bonis omnibus certi loci,ſed ēt de omnibus iurib.
ergo &c.Secundo reſponderi pōt tex.in d.l. cogi in
§.ſed & ſi miles,non probare, ꝙ qn̄ teſtator graua-
uit hæredem reſtituere hæreditatem Titij, hoc eſt,
quæ à Titio ad ipſum teſtatorē obuenerit, dicatur
fideicommiſſum particulare,nam hoc non probat
ille tex.ſed dicit tunc eſſe particulare,& nō vniuer-
ſale,qn̄ hæres fuit grauatus reſtituere bona,quæ ſibi
ab aliquo obuenerunt, & hoc mirum non eſt,quia
tunc dr̄ factum non de omnibus bonis teſtatoris,
ſed de certis iuxta,quæ dicta ſunt, & hæc eſt uerior
intelligentia;propterea fortè eſſet ſubſtentabile,qn̄
quis eſſet grauatus reſtituere hæreditatē Titij, hoc
eſt,in qua teſtator ſucceſſit Titio,ꝙ poſſit dici fidei
cōmiſſum vniuerſale,ex quo ueniunt iura, & actio
nes,ſm̄ quod hr̄ in d. l. cum filius §.Lucio,qui text.
non negat, quin illud dicatur vniuerſale, nam ſolū
ibi dubitatur,quæ iura,& actiones tranſeant in lega
tarium,ſeu fideicommiſſarium: an autem dicatur
legatum particulare,uel uniuerſale,ille textus non
determinat,& ideò cum aptum ſit continere iura,
& actiones, ēt poterit dici vniuerſale argu. eorum,
quæ uolunt Bar.& alij in d.l.ſi quis ſeruum,& d.l. co
gi in princ.& poſſet hoc comprobari ex textu in d.
l. cogi §. ſed ſi quis non hæreditatis, ubi fideicom-
miſſum dr̄ uniuerſale, qn̄ hæres rogatus fuit reſti-
tuere nedum partem hæreditatis ſuæ, ut in princip.
d.l.cogi,& per Barto.in d.l.ſi quis ſeruum,ſed etiam
quādo fuit rogatus reſtituere hæreditatem totam,
vel partem Scię,quæ ad eum peruenerat,& hoc eſt,
quod uerè uoluit ille textus illum intelligendo etiā
diſiunctiuè,prout innuunt illius uerba,ut ibi ponan
tur duo caſus,primus videlicet,ꝙ non ſolum dica-
tur vniuerſale,quando hæres fuit rogatus reſtituere
hæreditatem totam, uel partem ipſius teſtatoris,
ſed etiam,& ſit ſecundus caſus, ꝙ quādo hæres fuit
rogatus reſtituere hæreditatem Seiæ, quæ ad teſta-
torem obuenerat,ſimiliter ſit vniuerſale, & iſta in-
telligentia in puncto iuris quoad illum textum eſt
ſubſtentabilis,ut ibi,ſi quis non hæreditatis ſuæ par
tem dumtaxat rogatus eſt reſtituere,ſuppleas,ut uo
luit dicere textus, non ſolum dr̄ uniuerſale, ſed &
ſi hæreditatem Seiæ,quæ ad eum peruenerat,roga-
tus ſit reſtituere, dicetur eſſe vniuerſale, & ut dixi,
tex.in d.l.cum filius §.Lucio non aduerſatur. ¶ Sed
quoniam hæc aliqualiter uidentur deuiare ab ijs,
quę ſentiunt Bartolus,& alij in d.§.ſed & ſi miles,&
in d.l.cum filius §.Lucio, ideò aliter dici poteſt, ꝙ
dum text.in d. §.ſed & ſi miles præſupponit,non eſ-
ſe locum Trebelliano Senatuſconſulto, iſtud con-
tingit ex eo,quia grauatus non fuit rogatus de hęre
45 ditate teſtatoris,† & ad hoc, ut habeat locum Sena
tuſconſultum requirit̄, ꝙ quis ſit rogatus vt hæres,
item & de hæreditate teſtatoris,ut in l. mulier in fi.
ff.ad Trebellianum, & in terminis noſtris hoc pro-
bat tex.in l.ex facto in princ.& l.ita §.Trebellianum
46 ff.eo.tit.quæ iura loquuntur, † quando hæres graua
tus non de hæreditate,ſeu eius quota,ſed de hęredi
tate alterius,quæ ipſi teſtatori,uel grauato obueniſ
ſet,quoniam tunc etſi fideicommiſſum ſit,ſeu dici
poſſit uniuerſale per prædicta, tamen non eſt locus
Trebelliano,ex quo hæres non eſt rogatus de hære
ditate teſtatoris,ſed alterius,& hæc eſt vera, & iuri-
dica reſponſio ad tex.in d.§.ſed & ſi miles. ¶ Poſſet
47 etiam dici, † ꝙ d.l.cogi §. ſed & ſi miles loquatur,
quando hæres fuit rogatus reſtituere non hæredita
tem teſtatoris,nec hæreditatem,ſeu bona,quæ ob-
uenerant teſtatori ab aliquo,ſed hæreditatem, quā
habebat hæres rogatus, & quæ ei obuenerat ab ali-
quo,ſeu bona,quæ ipſi hæredi ab aliquo alio, obue
nerant, uel quæ ipſæ hęres rogatus habebat in ali-
qua regione,quia tūc dicetur fideicommiſſum par
ticulare, tanquam hæres rogatus fuerit non de bo-
nis,nec de hęreditate teſtatoris, prout requiritur l.
mulier in fine ff.ad Trebellianum, ad hoc, ut dica-
tur vniuerſale.ſed ipſius hęredis grauati,& verba il
lius text.in d.§.ſed & ſi miles non poſſent huic intel
ligentię melius,nec clarius cōuenire, ut ex eorum
inſpectione colligi poteſt. ¶ Non repugnat etiam
prędictis l.ex facto la grande ff. de hęredibus inſti-
tuendis,ubi inſtitutus in rebus Italicis, ſeu in bonis
prouincialibus dicitur inſtitutus in rebus certis ſi-
cut inſtitutus in certo fundo, ergo idem dicendum
eſt in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta de bo-
48 nis, ſeu rebus certi loci; quia reſpondetur, † quia
textus loquitur, quando eſſent duo inſtituti hære-
des,unus in bonis,ſeu rebus certi loci, alius in reb.
alterius loci,non autem iuribus omnibus,patet,quia
ęquiparat ille textus caſum,quando duo fuiſſent in
ſtituti,unus in rebus Italicis, alius in rebus prouin-
cialibus, caſui, quando teſtator unū inſtituiſſet in
uno fundo, alium in alio fundo: ſed hoc vltimo ca
ſu non poſſunt dici, nec ſunt inſtituti in aliquibus
iuribus, ergo idem dicendum eſt etiam in primo
caſu, alioquin bona non eſſet ęquiparatio, & ſimi
litudo, argum.l.inter ſtipulantem §. ſacram.ff.de
uerbor. obligatio. cum ſimil. ¶ Confirmat
tertio

conclusio præmiſſa hoc modo, nulli dubiũ,
D. Lovſię ſubſtituti fuerunt vſ̃iter, ſed in ca-
dicti filij nollent ſuſcipere arma, nec nomẽ
ſeu in caſu, quo D. Lovſia decederet ſine
maſculis, teſtator poſuit in locũ dictorum fi
D. Lovſiæ liberos D. Ioannis Mereſcala, &
de quibus in teſtõ, ergo illi ſubſtituti, & ſub
in locũ illorũ vſ̃iter ſubſtitutorum pariter
dici vniuerſaliter ſubſtituti, cum † ſubroga
naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,
& cum oĩbus qualitatibus ſuis l. ſi eum
iniuriarum ff. ſi quis caution. c. tranſlato cum
extra de conſtit. l. 1. C. de rei vxor. actio. §. fue
de actio. c. recolentes de ſtat. mona. gl. in c.
poris 16. q. 1. l. 4. §. ſi ex ꝯuentione ff. de re iud.
facta fuerit ſubrogatio, & in locũ ſuppoſitio,
ex uerbis teſtamenti, ut ibi in caſu verò, in
facere ceſſarẽt, ipſos deputatos, ſeu ipſum
eſſe vult excluſum adictis ſuis bonis, in
quorũ loco in defectum dictorũ &c. ſub-
¶ Præterea & quarto, qua rõne uoluit te-
ſtitutos eſſe uniuerſaliter ſubſtitutos in
nationis ꝯ prohibitionem teſtatoris factæ,
ut ſupra dictum fuit, ſubſtituti dñr uocati
commiſſum d. l. peto §. fratre, & vniuerſali
in teſtõ, eadem, & maiori dicendum eſt in ca
D. Lovſia decederet ſine liberis, qm̃ hunc ca
conſiderauit teſtator pro cõſeruatione
nis, & familiæ ſuæ, prout expreſsè colligi
poſitis ab eo inſtitutione, & ſubſtitutio-
ici põt ſalua ueritate, ꝙ in caſu alienatio
or uoluerit uocare ſubſtitutos ſolũ ad bo-
rum locorũ, & non vniuerſaliter, qm̃ con-
expreſsè colligiẗ ex verbis teſtamenti, ut
in caſu, in quem procederent ad aliquẽ actũ
nis, eoſdem priuat cunctis ſuis bonis, ad ea
ſubſtitutos ſubnominandos in uim inſti
vniuerſalis admittendo, &c. † Noto illa uer
cunctis ſuis bonis, & ad eadem bona &c. q̃ ſunt
vniuerſalia, ut in d. l. cogi in princ. cum fine l.
& per Bar. in d. l. ſi ita: item pondero illa ver
inſtitutionis uniuerſalis, quæ important
commiſſum vniuerſale, ut no. in l. his verbis ff.
hered. inſt. iuncta d. l. cogi in princ. & in §. 1. ubi
tex. ¶ Præterea, ut ex prædictis colligiẗ, mẽs,
uoluntas teſtatoris fuit, ꝙ ſubſtituti ſubnoĩandi
uocarẽtur vniuerſaliter, & ad cuncta bona in ca
alienationis, quia referendo ſe ad ſubnominatio
faciendam de ſubſtitutis, in qua ſubnoĩatione
de aliquibus bonis, vr̃ uoluiſſe, ꝙ non ſolũ
admitterenẗ ad bona expreſſa, ſed ẽt uni-
ad cuncta bona, in quibus mens teſtato-
ſubſtituere; nam † relatio ſemper debet intel
cum oĩbus ſuis qualitatibus, ut per Bar. in
receptatoribus, in l. 1. in fi. ff. ſi famil. furt. fe-
& in d. l. ſi quis ſeruum in fi. uerſi. ſed quæ
leg. 2. & ideò cum in prima ſubſtitutione fa
alienationis referat ſe ad ſecundam, una
intelligi ſ̃m aliam l. ſi ſeruus plurum in fi. ff. de
item cum teſtator in prima citet diſpoſitio-
faciendã per eum in ſecunda, idcirco de uno
alium argui debet, & ſequens declarari de
præcedentem, ita. n. una efficitur pars alte-
dictum in una cenſetur dictum in alia, arg. l.
C. de quadr. præſcrip. l. 2. ff. de coiung. cum
liber. §. fi. in auth. de filijs ante dotal. inſtr.
Quod † etiam ſuadetur, & clarius ex uerbis
teſtamenti in prohibitione alienationis expreſſis, ꝑ
hæredes ſuos uniuerſales inſtitutos, & ſub
ſubnoĩandos, ergo præſupponitur, ꝙ in ca-

ſu, quo ipſi ſubſtituti fuerunt poſtea ſubnominati,
dicuntur uniuerſaliter ſubſtituti, ſicut hæredes in-
ſtituti uniuerſales ſunt hæredes, & ſic eodẽ modo,
cum ſub una determinatione ponantur. l. nam hoc
iure de vulg. & pup. item quia non poſſent dici ſub-
ſtituti uniuerſales, ſeu uniuerſaliter ſubſtituti, ſi fi-
deicommiſſum eſſet particulare, repugnarẽt enim
iſta adinuicem: item quia pręſupponere in ſubno-
minatione facienda, quem eſſe ſubſtitutum uniuer
ſaliter, eſt inferre, ꝙ fideicommiſſum ſit vniuerſale,
& non particulare, d. l. cogi per totam legem, & ibi
doct. & in l. ſi quis ſeruum in fi. de leg. 2. Nec expreſ-
ſio bonorum certi loci, quæ uenit potius ampliati-
uè, q̃ reſtrictiuè, operari debet, quin dicantur ſubſti
tuti uniuerſaliter, & quin trebellianica detrahi poſ-
ſit, qñ ultra diuiſionem, & aſſignationem bonorum
apparet, teſtatorem uoluiſſe illos eſſe uniuerſaliter
ſubſtitutos, prout in caſu noſtro apparet, ut eſt tex.
cum gl. in l. quoties C. famil. herciſcun. & ibi Salic.
in 4. q. in uerſi. ſed an hæc litera: itaq; ex pręmiſſis, &
pluribus alijs, quæ adduci potuiſſent, conſtat in ca-
ſu noſtro fuiſſe fideicommiſſum vniuerſale, & ſub-
ſtitutos fuiſſe vniuerſaliter, & non particulariter, &
cõſequenter locum fore detractione trebellianicæ.
¶ Non obſtant allegata in contrarium, quia & ſi ex
prædictis omnia, uel pro maiori parte dicantur ſu-
blata, tñ aliquibus breuiter rñdebo, & in primis nõ
aduerſatur l. mulier in fin. ff. ad Trebel. quia rñdetur
53 † ibi non detrahi trebellianicam, non ex eo, ꝙ non
fuerit fideicommiſſum vniuerſale, cum fuerit lega
tum, & fideicommiſſum de quota hæreditatis, iux-
ta quæ habentur per Bar. & alios in d. l. ſi quis ſeruũ
in fi. d. l. cogi in princ. per illum textum, ſed quia gra
uatus nõ fuit grauatus ut hęres, ſed ut legatarius, &
ſemper allegatur ille tex. ꝙ ad hoc, ut ſit locus tre-
belliano, requiritur, ꝙ quis ſit grauatus, ut hęres,
ut ibi per Bar. Alex. & omnes. ¶ Non obſtat d. c. Ray
naldus, quia ibi patrui, & auunculi, quibus legata
fuit medietas bonorum, & hęreditatis, fuerunt hę-
redes vniuerſales, ut ibi per omnes doct. & probat il
le tex. clarè, præſupponens illos fuiſſe hæredes uni-
uerſales. ¶ Non obſtant alia uidelicet text. in d. l. ex
facto ff. de hęred. inſtituen. & in d. l. cogi §. ſed & ſi
miles, quia illis, & alijs pluribus iuribus fuit ſpecia-
liter reſponſum. Nec obſtat, quod dicunt Rapha. &
Alex. in d. §. ſed & ſi miles, quia loquuntur, quando
hęres grauatus fuiſſet reſtituere ſimpliciter bona
Italica, non autem iura &c. ¶ Venio ad quintum du
bium, utrum Do. Lovſia per ratificationem, ſeu ap-
probationem à ſe factam de uniuerſis, & ſingulis le
gatis per Magnificum dñm Ioannem teſtatorem
factis Magnifico domino Ioanni filio olim domini
Ioannis de Mereſcala ſibi præiudicauerit quoad le
gitimam, & trebellianicam: & ſibi pręiudicaſſe vr̃
dicendũ ex approbatione de uniuerſis, & ſingulis le
gatis cum iur̃o de non ꝯueniendo aliquo reſpectu,
54 † qđ iurm̃ habet uim, ut actus ualeat omni meliori
mõ, quo actus fieri poterat, habetq́; uim omnium
actuũ ſpãlium l. cũ pater §. filius matrem ff. de leg. 2.
Bal. in l. 1. C. cõmodati; ergo perinde eſt, ac ſi ipſa D.
Lovſia expreſſiſſet, ꝙ legata illa integra deberentur
abſq; detractione alicuius legitimę, & trebelliani-
55 cę, maximè † cũ poſſit quis cum iurõ renunciare ẽt
legitimę ſuę, ut in c. quamuis cũ materia de pactis
in 6. & hr̃ in l. ſi qñ C. de inoffi. teſta. in §. 1. in final. uer
bis, ibi ſed hoc ita demum admittimus, niſi tranſa-
ctiones ad hęredes paternos filius celebrauit, quib.
apertiſſimè iudicium patris agnouerit: ſed D. Lov-
ſia apertiſſimè agnouit iudicium patris quoad lega
ta, & fideicommiſſa facta d. domino Ioanni, ergo

etiam legitimæ dicetur renunciaſſe,& cōſequenter
a fortiori trebellianicæ, quæ facilius tollitur q̃ legi-
tima,ut clarum eſt,& ſtatim ex infra dicendis con-
56 ſtabit:Hanc opinionem,† ꝙ per approbationē teſta
menti factā ab is,qui grauati ſunt ꝑ fideicōmiſſum,
ipſi dicantur renunciaſſe Trebellianicæ,& ſibi quo
ad illam præiudicaſſe,voluit Petr.de Ancha. in cō-
57 ſi.251.plura ſunt dubia in 2.col.quia † Trebellianica
detrahitur ad fauorem grauati ꝯ uoluntatē teſtato-
ris l.Titius ff.ad l.Falcidiam,c.Raynaldus de teſta .l.
ſi ut allegas.C.ad legē Falcidiam l.Titia ff.eod. tit. in
caſu ergo,in quo grauatus approbat teſtm̃,vr̃ remit
tere dictū ius, ſicut ēt vr̃ per diuiſionē hæreditatis
remittere ius fideicōmmiſſi l.qui Romæ §. duo fra
tres ff.de verb.obl.Confirmatur hæc ſnĩa per tex.in
auth.ſed cū teſtator in §.1.C. ad lege Falcidiā, & in
58 auth.de hæred.& Falc.in §.non aūt diximus,† vbi ſi
hæres ſubſtantiā defuncti agnoſcens cœperit inte-
graliter ſoluere legata abſq; detractione Falcidiæ,
tenet omnib.abſq; detractione Falcidiæ, quia bene
ficio illius cenſetur renunciaſſe. ¶ Præmiſſis tñ non
obſtantibus, ꝯriam opinionem in caſu noſtro puto
59 veriorem:& † ꝙ per ſimplicem approbationē teſta
menti, & legatorum in terminis noſtris nō dicatur
renunciatum legitimæ debitæ iure naturæ, uoluit,
& ſequitur idem Petr.de Anchar. in d. conſi.qui in
hoc facit dr̃iam inter legitimam, & Trebellianicā,
60 quia † legitima difficilius ꝑditur, q̃ Trebellianica,
nō enim pōt illam teſtator prohibere, ſicut Trebel-
lianicam l.qm̃ in prioribus,& auth.nouiſſima C. de
inoffi.teſta.iuncta d.auth.ſed cum teſtator, & hr̃ in
l.Marcellus,& vbique doctores plenè tractant ff.ad
61 Trebellianū,vt ſupra dictū fuit. ¶ Præterea † per nō
confectionē inuentarij quamuis perdatur Falcidia,
non tñ legitima,vt per gl. in l. fi.in l. ſi quis aūt C. de
iurę deliber.& dixi ſupra,ergo concludendū eſt, le-
gitimam minimè fuiſſe ſublatam per dictā appro-
62 bationem D.Loyſiæ. ¶ Secundo † ad hoc, ut filius
ēt poſt mortem patris dicatur renunciare ſuæ legi-
timæ,& iuri petendi illā,requiritur, ꝙ de legitima
fiat ſpecialis mentio;per verba.n. generalia illi non
dr̃ quis renunciare,ut eſt tex.in d.l.ſi qñ §. & genera
liter C.de inoffic. teſta.ibi niſi hoc ſpecialiter &c.&
ibi hoc ſpecialiter tenet Paul. de Caſtr. qui limitat
in vno caſu,qui non facit ad caſum noſtrum.Idem
voluit Guliel.de Cuneo in l. de his ff. de tranſact.&
ita in indiuiduo uoluit Bal.in d.l.ſi qñ §.& gñaliter,
63 † ēt ſi interueniſſet iurm̃ in generali renunciatione,
qm̃ non extenderur ad legitimam, ut dixit Rom. in
l.1.§.ſi quis ita ff.de uerb.obli.cum ſimilibus, & hr̃
in apoſtill.ad Bal.in d.§.& generaliter in uerbo con
64 tenta,itaq; ego aliàs conſului, & obtinui. † In caſu
uerò,in quo expreſſa renunciatio legitimę non ua-
leret regulariter, ſi interuenerit iuramentum, te-
neret renunciatio,& ita procedit text. in d.l.ſi qñ in
§.1 Sed in terminis noſtris nulla facta fuit mētio ex
preſſa de legitima, ergo &c. Cōfirmari pōt hoc idē
ex ijs,quæ ſtatim dicentur,& faciunt,quę habentur
per Bart.in l.1.in 4.qō.princip.ff.de vulg.& pup.& in
l.gerit in 3.quæſtio.ff.de acqui.hęred.per Alex.Cyn.
Bal.& Alber.& Sali.in l.hæres inſtituta, & ibi Iaſ. C.
de impuberum,& alijs ſubſtitutio. ¶ Sed maius du-
65 bium extat circa Trebellianicam;& quamuis † Pe
trus de Ancha.in d.conſi.uideatur inclinare in par-
tem illam, ꝙ dicatur remiſſa trebellianica, tamen
idem teneo in trebellianica,quod dictum fuit in le-
gitima, maximè in terminis noſtris, vr̃ em̃ in filijs
primi gradus eadem eſſe ratio in utraque;nam dicit
Petrus, ꝙ legitima non cenſetur remiſſa, & trebel-
lianica ſic,quia facilius tollitur trebellianica, cum
legitima prohiberi non poſſit, ſed trebellianica ſic:
ſed iſta ratio poteſt retorqueri, nam ſicut non pōt
prohiberi legitima,ita nec trebellianica filijs primi
gradus,ut dictū fuit ſupra,& eſt magis cōis opinio,
ergo qua ratione non dicetur remiſſa legitima, ea-
dem nec trebellianica. ¶ Præterea & ſecundo in ca
ſu noſtro D.Loyſia approbando ſingula,& vniuerſa
legata non uſa fuit verbis prægnantibus; ſed reſtri-
ctiuis,videlicet approbando illa ad formam, men-
tem, & tenorem eiuſdem teſtamenti, nihil adden-
do,nihilq; remouendo de contentis in eodem: ſed
ſi per hmōi approbationem diceretur remiſſa tre-
bellianica,aliquid diceretur addi,item & diminui:
adderetur enim ipſis fideicommiſſarijs,diminuere
tur verò de iure ipſius D.Loyſiæ,ergo &c. ¶ Tertio
66 † cum hmōi approbatio legatorum dicatur facta
ſimpliciter, non viſis, nec lectis verbis teſtamenti,
nec hoc exprimitur in dicto inſtr̃o approbationis,
ſequitur eam non ualere quoad præiudicandum ip
ſi D.Loyſiæ in trebellianica,quæ efficacius debetur
filijs, q̃ cæteris d.l. iubemus cum ibi not. per Baldū
C.ad Treb.arg. tex.in l.de his ff.de tranſactio.ubi ſu
per dependentibus ab ultima voluntate, & à teſtō
non poteſt tranſigi,nec paciſci,niſi uiſis,inſpectis,&
cognitis uerbis teſtamenti,ut ibi per Bartolum, &
alios,etiam ſi tranſactio fuiſſet iurata, ſm quod re-
fert,& ſequitur Alex.in d.l.qui Romæ §.duo fratres
de verb.oblig. ex mente Angel.in conſi.92.alias 94.
67 ¶ Quartò moueor,† nam tempore, quo D. Loyſia
approbauit teſtamentum, ſeu legata facta, nullum
ius ipſi competebat etiam ſpe approbata, & certa
quoad trebellianicam,quoniam illam ſolum pote-
rat detrahere eueniente caſu,quo ipſa decederet ſi-
ne filijs maſculis, quos quidem filios poterat habe-
re,cum eſſet nupta,& ſic incertum erat, an debere-
tur,ergo iſta ratione approbatio, quam fecit, trahi
non poteſt ad trebellianicam, quæ ſibi non ſpe cer-
ta,ſed incertiſſima debebatur,& ideò non poteſt di
ci per talem approbationem ius trebellianicæ de fu
turo, & competituro ſpe incerta eſſe remiſſum, &
maximè cum ipſa approbando non fuerit uſa uer-
bis prægnantibus, & aptis comprehendere etiam
ius de futuro,& ex cā de futuro per ea,quę pulcher
rimè uolunt Bart.& alij in d.l. qui Romæ §.duo fra-
tres in 5.& 6.qō.& benè inſeruit id,quod uoluit Bal.
68 in d.l.ſi quando in §.1.C.de inoffi.teſta.† ubi ſi filius
in uita patris renunciat legitimę ſuę, non ualet re-
nunciatio,nec ſibi prętudicat;qm̃ filio in uita patris
nō debet legitima ſpe certa,& approbata: ſubdit tñ,
ꝙ ſi filius renunciando expreſsè legitimę iuraſſet,ſi-
bi ꝑiudicaſſet per tex.in d.c.quamuis; Vnde ex hoc
infero,ꝙ ſi in terminis noſtris D. Loyſia approban-
do legata remiſiſſet trebellianicā, quę tunc ſibi ſpe
certa non debebatur, cū iur̃o, ſibi ꝑiudicaſſet,
quo expreſsè remiſiſſet trebellianicam nondum
ſibi debitam. ¶ Nec obſtat l.1.l.cum proponas C.de
69 pact.& l.de fideicō.C.de tranſac.† quia loquuntur,
qñ per pactum,uel ſtipulationem quis ſpāliter remi
ſiſſet ius fideicommiſſi condōnalis, & verbis teſta-
menti uiſis,& cognitis.vt ibi hr̃,iuncta d.l.de his ſe-
cus ſi quis eſſet uſus uerbis gñalibus,& non ſpeciali
bus,quia tunc non diceret remiſiſſe ius non ſpecifi-
cū,nec expreſſum,qđ de futuro,& cōdonaliter po-
70 terat competere,ut in d.§.duo fratres,† & de iure fi-
deicōmiſſi ad trebellianicā in caſu nr̃o arguit Pe.
de Anch.in d.cōſ.& ut ipſe inquit,ſicut ꝑ diuiſio-
dr̃ remitti ius fideicōmiſſi,qñ quis promiſit ſe
ꝯ diuiſionem facturū &c.ita approbando teſtm̃
71 dicet renunciaſſe trebellianicę,ſed ſic eſt,† ꝙ ꝑ
ſionē nō dr̃ renunciatum fideicōmiſſo, niſi ſpāliter
fact

fuerit mẽtio de fideicõmiſſo, vel ſaltẽ de iure,
ſibi competere põt in futurum occaſione fidei-
commiſſi, d.§.duo fratres, & ibi Bar.in 4.5. & 6. q.er
go idẽ dicendũ eſt de Trebellianica, vt per appro
bationem teſtamenti, & legatorum non dicatur re-
miſſum ius Trebellianicæ, niſi de illo iure futuro
ſpecialis facta fuerit mentio: in dubio ergo, & per
generalia, quæ aliud apta ſunt importare, non di
citur illud ius remiſſum, niſi ſaltem talia verba mul
tum prægnantia expreſſa fuerint, quæ poſſint com-
prehendere ẽt ius iſtud, ſ̃m ꝙ latiſſimè hr̃ per Alex.
& alios in d.§. duo fratres: & † in caſu iſto, & in
terminis intelligaſ id, quod voluit Petr. de An-
cha in d.ſuo conſi.151.qui loquitur, qñ filij diuiden
tes bona paterna approbarunt teſtm̃ patris in quali-
bet parte ipſius, in omnibus, & ꝑ omnia prout &c.
Nam ibi Petr.de Ancha.loquitur in caſu, in quo vi
delicet ordinariè inter fratres diuidentes facta fuit ap-
probatio teſtameati paterni, quia tunc ualet ẽt quo
ad Falcidiam, ut inter eos non poſſit amplius detra-
hi Trebellianica, quia ex tali approbatione, & ꝯñter
renunciatione Trebellianicæ contingente ex di
cta approbatione vnus non poterat dici magis læ-
ſus, & grauatus, q̃ alter, ex quo mutuo, & viciſſitudi
naria talis approbatio, & renunciatio poterat vni-
cuique prodeſſe, ẽt obeſſe, argu.l.cum proponas cũ
ſimilibus ibi not.C.de pactis.l.de fideicõ.C.de tran-
ſact. & hic eſt propriè caſus Petri de Ancha. in d.
conſi. Nos vero loquimur in caſu, in quo alter tm̃
approbaſſet teſtamentum, & legata in eo facta per
verba multum generalia, ut dixi, nec fieret appro-
batio inter eos, inter quos factum fuiſſet fideicom-
miſſum reciprocum: & ideò non debet dici remiſ-
ſum ius deducendi Trebellianicam, ut ſupra; qua-
re cum caſus noſter ſit valdè diuerſus ab eo; quem
tractat Petrus de Anhc. non eſt arguendum de uno
ad aliud in iuribus vulgaribus. ¶ Nec obſtat, † quod
per hoc tollitur ius ad rem, & ſpe debitum, quam
nota text. in c.2.de conceſſio.pręben.lib.6.c.penult.& fi.
Nam quia dico illud verum, qñ apparet, ꝙ quis uo
luit illud tollere, ut quia ſpãliter fuerit illud ex-
preſſum, uel uerbis generalib. prægnantibus, & ual-
de ſtringentibus quis uſus fuerit. ¶ Nec obſtat text. in
auth.ſed cum teſtator, & in corpore, unde ſumitur
& l.Falc.in §.in 1.quia primo reſponderi põt, † ꝙ
aliter in falcidia, quæ facilius tolli põt, ut colligi
tur ex ijs quæ habentur in d.l.Marcellus in princ.&
ſupra: Secundo illa iura loquuntur, qñ ſcienter
ſoluit integra legata abſque deductione falci-
diæ cum ſciebat ſe poſſe deducere, ut ibi eſt text.
& loquuntur, qñ tempore ſolutionis falcidia de
bebatur, ſed in caſu noſtro D. Loyſia ignorauit, &
verisimiliter potuit ignorare, cum punctus iuris
ſit, an ultra legitimam ipſa potuerit detrahere etiã
Trebellianicam, ut dictum eſt, & eſt clarum: Item
ius detrahendi Trebellianicã tunc nõdum compe
tebat, ergo potuit iuſtè ignorare, † iuris ignorantia
minoribus non nocet in damnis, & ubi non agitur de
lucro captãdo, ſeu de lucro l.error ff.de iur.& fact.igno
¶ Eſſet ſexto loco examinandum, an ex eo,
quod D. Loyſia adiuit hæreditatem, & in ea ſe immi-
ſcuit, nullo confecto inuentario, dicatur amiſiſſe
beneficium Trebellianicæ, ſicut amiſiſſet benefi-
cium legis Falcidiæ iuxta tex. in d. authen.ſed cum
teſtator, & in corpore unde ſumitur, & in l.final. C.
de iure deliber. † Sed concluſiuè loquendo teneo,
quod hæc eſt cõis opinio doctorum, & maximè
excellentium, & inſignium: nam hanc ſniam tenuit
Bartolus in d.l.Marcellus in princ.& ibi Alex.cam dicit
eſſe cõem, multoſq; allegat: idem uoluit Alexan.in
conſ.29.perſpectis &c.in 5.uol.in 2.col.ubi ſimiliter
dicit eſſe cõem, & ſ̃m illam ſe ſemper conſuluiſſe,
atq; legendo eam ſecutum fuiſſe: & Io. de Imol. in
d.l.1. §. hæc ſtipulatio ff. ſi cui plus q̃ per legem Fal-
cidiam affirmat etiam hanc eſſe commmunem o-
pinionem: idem dicit Paul.de Caſtro in conſi.62.ui
ſa facti narratione, qui ibi pro hac parte conſuluit,
& illam ſequuntur Iacob.de Beluiſ.in §.hinc nobis
in auth.de hæredibus, & Falcid.Odofred.Oldrad.in
l.fi.in fin.C.de iure deliber.Angel.in d.l. 1. §.hæc ſti-
pulatio, Io.Andr.in additio.ad Spec.in tit.de inſtru.
edit.§.final.in addit. incipien. de Trebellianica du-
bitatur; Bar.& Ang.in d.auth.ſed cum teſtator, & in
d.l.Marcellus in princ.Bart.in conſi.incipien.an hæ-
res; Angel.in §.hinc nobis præallegato; Bald.in l. fi-
lium quem C.familiæ herciſcun.in 17.colu.nam cũ
ob non confectionem inuentarij hæres in pœnam
priuetur iure detrahendi Falcidiam d.l.fi. C.de iure
deliber.& d.auth. ſed cum teſtator, & in corpore,
unde ſumitur, non debet illud trahi ad Trebelliani-
cam, arg.l.cum quidam ff.de liberis, & poſth. & re-
gula odia de regu.iuris in 6. Præterea diſpoſitio di-
ctæ authenticæ ſed cum teſtator eſt correctoria, er
go non debet extendi l. præcipimus C. de appella.
l.iubemus C.de teſt. Adde, ꝙ illa præſumptio; quæ
eſt contra hæredem non conficientem inuentariũ,
quæq; facit, ut non poſſit detrahere Trebellianicã,
videlicet, quia præſumitur hęredem ſubtraxiſſe bo
na hr̃ditatis, ut in §.ſi uerò in auth.de hæred. & Fal.
& per Abbatem in c.Raynaldus in fi. 2. col.de teſta.
non uidetur tuta contra hæredem uolentem detra
here Trebellianicam, qm̃ cum ipſe hæres ſit graua-
tus per fideicommiſſum, ſcit omnino, & à princi-
pio ſe poſſe detrahere Trebellianicam, ſed non ita
eſt in falcidia, quia nõ ſemper ſcit à principio ſe poſ
ſe illam detrahere, ut in l.j.& per totum ff.ſi cui plus,
q̃ per legem Falcidiam, & ijs, quæ adduci poſſent in
contrarium reſpondet dominus Alex.in d.l.Marcel
lus in princ.in vlt.q.& ita in conſulendo, & iudican
do ab hac opinione non eſt recedendum; quia illa
eſt magis cõis, & æqua, & ego ita ſemper conſulen-
do tenui, quicquid dicant Bal.Sal.& ſequaces in d.
auth.ſed cum teſtator; ac etiam D.meus Soc. in d.l.
Marcellus in prin.per §.ſcimus cum ſequenti in au-
then.de hæredib.& Falcid.cui reſpondet Alexan.in
lect.d.l.Marcellus, & in d.conſi.29.Nec uerum eſt, ut
quidam dicunt, ꝙ opinio contraria ſit magis com-
munis, quoniam, ut atteſtantur Alex.Imol.Paul. de
Caſt.& plures alij, opinio Bartoli eſt communis; er-
78 go &c. ¶ Septimo dubitatur, † an fructus percepti
per d.D.Loyſiam computentur in legitimã, & Tre-
bellianicam; in quo omiſſis ijs, quæ in contrarium
poſſent adduci concludo, fructus non debere com
putari in legitimam debitam iure naturæ, quia etſi
teſtator hoc uoluiſſet etiam expreſsè, nõ potuiſſet
79 l.iubemus C.ad Trebellianum. Item quia † legiti-
ma debetur de ſubſtantia, & de rebus hæreditatis,
non autem de fructibus l.ſcimus §.repletionem cũ
ibi not.per gl.& doct.C.de inoffi.teſtam. habetur in
auth.nouiſſima, & etiam per gl.ibi eod.tit. faciunt,
quæ habentur in l.in fideicommiſſaria per gl. & do
cto.ff.ad Trebellianum, & tradita per Bartolum, &
alios in l.in quartam uerſ. uenio ff. ad legem Falci-
diam, ubi ſolum imputatur in legitimam debitam
iure naturæ id, quod eſt de patrimonio patris, et
ideò fructus nõ imputantur, quia ſtatim à die mor-
tis ſunt ipſius filij, glo.et alij in d.l.in fideicommiſſa-
ria, & ita tenent Bal.Paul.de Caſtro, & oẽs in d.l.iu-
bemus; & faciunt ſtatim dicenda in Trebellianica;
in qua poteſt eſſe maius dubium, utrum in illa fru-

80 ctus imputẽtur,† ſed tn̄ idem dico,nec in ea impu-
tari, qn̄ percepti fuerunt ab eo , qui grauatus fuit
ſub condõne,& poſt mortẽ ſuam; quia ſi pendente
condõne, ſeu uita grauatus fructus percepit , illos
non tenetur imputare idẽ ſi poſt,ſed ante morã , ut
eſt tex.in d.l.in fideicõmiſſaria,& ibi per gl.& doct.
oẽs. Idẽ ↄcludo in filio grauato reſtituere poſt mor
tem ſuam condõne , ſi deceſſerit ſine filijs , & ſic in
caſu,quo duæ legitimæ eſſent detrahendæ , qm̄ fru-
ctus non tenebitur imputare, niſi poſtquã ipſe , ſeu
hæredes ſui fuiſſent cõſtituti in mora,puta iudicia-
liter agendo;à die.n.litis conteſtatæ filius grauatus,
ſeu hæredes ſui tenerentur fructus imputare in Tre
bellianicam,& non prius,ut volũt Bal.Pau.de Caſt.
& alij cõiter in d.l.iubemus ; & de hoc eſt terminis
in c.Raynutius de teſta.in uerſi.in eo uerò,qđ quar-
81 tam &c.ubi gl. & doct. oẽs canoniſtæ † per quẽ tex.
vr̃ confundi unũ dictum Pauli de Caſt. qđ multum
commendat Alex.ibi in l.mulier §. cum propone-
ret in 5.col.ff. ad Treb. & ẽt aliqualiter in conſ. 165.
in final.uerb.in 5. uol.qui dn̄t , ꝙ licet qn̄ una legiti-
ma tm̄ eſt detrahenda,hoc eſt Trebellianica tm̄, fru
ctus percepti à filio grauato non ſint imputandi in
Trebellianicam, ẽt ſi hoc expreſsè diſpoſuerit teſta
tor,ut in d.l.iubemus,qui tex.loquitur in caſu iſto,
tn̄ qn̄ eſſent detrahendæ duæ,ut in caſu d.c.Raynu-
tius,ſecus eſſet:Nã iſtud vr̃ ꝯ d.c.Raynutius, ubi ca-
ſus clarus,& ita conſuluit Ang. in conſ. 121. incipit
Zoilus domini &c.& D.Alex.in conſ.250. in 6. uol.
dubitat de hoc dicto Pauli in d.§. cum proponere-
tur,nec ibi auſus eſt illud firmare tanquã nouũ , &
ꝯrium eius,quod dixit,& tenuit Paul.de Caſtr.in d.
§.cum proponeretur,tenuit ipſemet Paul. in d.l.iu-
bemus,& eſt de mente Bar.in l.quod de bonis §.qđ
auus ff.ad leg.Falc.ubi Alex.quoq; idem uoluit:uel
poſſet id,quod dicunt Paul.de Caſtr.& Alex.proce-
dere in terminis d.l.iubemus,videlicet,qn̄ pater , q
grauaſſet filium per fideicommiſſum , expreſsè di-
ſpoſuiſſet, ꝙ ipſe deberet fructus imputare in Tre-
bellianicam,quos tn̄ non imputaret,ſi pater hoc nõ
mandaſſet,per tex.in d.c.Raynutius,iuncta d.l.iube
mus,& qm̄ iſte caſus mihi non vr̃ multum dubius ,
ideò aliter non inſiſto,cum de eo deciſionẽ habea-
mus in d.c.Raynutius,ubi gl.& doct.canoniſtæ cõi-
ter hoc præſupponunt.¶ Vltimo , & ſic octauo du-
bitatur,ẽt præſuppoſito,prout uerum eſt, ꝙ Trebel
lianica ſit deducenda , & illa debeatur hr̃dibus D.
82 Loyſiæ,ex quibus bonis ſit detrahenda. † De legiti-
ma eſt clarum,eam eſſe detrahendam de oĩbus bo-
nis hæreditatis,& de tota ſubſtantia teſtatoris,ut in
d.l.ſcimus §.repletionem,deducto tn̄ prius ære alie
no.l.Papinianus §.quarta ff.de inoff. teſt.Bart. & alij
83 in l.in quartã ff.ad l.Falc.in uerſ.uenio,nam † legiti-
ma minuit etiam legata omnia , & fideicommiſſa
facta in teſtõ,ut per gl.in auth.ſimiliter C.ad l.Fal. p
Alex.in conſi.165.in 5.uol.l. Papinianus §.4. cũ ſeq.
ff.de inoff.teſta.per Bal.& alios in d.l.iubemus, Bar.
Alex.Imol.D.meus Soc.& alij in l.Marcellus §. idẽ
84 Pomponius ff.ad Trebe. † Trebellianica aũt detra-
henda eſt ſolum de bonis ſubiectis reſtitutioni , &
fideicommiſſo; qm̄ debetur hæredi grauato ſolum
ratione reſtitutionis,ut eſt tex.in d.c.Raynutius, &
in d.c.Raynaldus ; ergo de bonis reſtitutioni ſubie-
ctis ſolũ eſt detrahenda,& hoc uoluit Bal. in d.l.iu-
bemus in 3.col.C.ad Treb.ꝙ ſi filius ſit inſtitutus in
una uncia, Trebellianicam detrahit de illa ſola un-
cia, legitimam uerò de toto aſſe.de hac tamen ma
teria pleniſſimè tractatur in d. l. Marcellus §. idem
Pomponius,ubi doct.plures caſus diſtinguũt,quos
referre longũ eſſet; ſed ponã duntaxat cõcluſiones
85 nobis inſeruientes.¶ Prima itaq; ſit, ꝙ qn̄ fideicom
miſſum eſt conditionale , prout eſt in caſu noſtro,
& legata ſunt pura, tunc non fit contributio l.mari-
tus §.fi.iuncta l.diuus ff.ad l.Falc.Bar.Imol.& cõiter
doct.in d.§.idem Pomponius,& per Imol.in l.ita tn̄
§.hæres ex aſſe ff.ad Trebel.in caſu tamen iſto Tre-
bellianica eſſet integra detrahẽda ex fideicommiſ-
86 ſo vniuerſali,& non ex legatis puris, quia † Trebel-
lianica dr̃ quarta totius ſubſtantiæ , quæ reperitur
tp̃e mortis teſtatoris l.in ratione in princ.la 2.ff.ad l.
Fal.Soc.in d.§.idem Pomponius in 3.col.& ibi Bar.
87 hoc uoluit:& † ideo dr̃, ꝙ legitima, & Trebelliani-
ca,quæ à filio grauato ſunt detrahendæ, capiunt di-
midiam omnium bonorum , quia legitima eſt ter-
tia,& Trebellianica eſt quarta de reſiduo,vt in d.c.
Raynutius,& in d.c.Raynaldus,ubi caſus,Bal.in d.l.
iubemus in 1.colum.& Paul. de Caſtr. ibi,& in d.§.
idem Pomponius,ergo in caſu noſtro de legatis pu
ris non erit detrahenda trebellianica, ſed ſolum de
fideicommiſſo,& de alijs legatis,& fideicommiſſis
88 conditionalibus.¶ Secunda cõcluſio ſit, † ꝙ qn̄ plu
ra fuerunt facta legata,& fideicommiſſa, & oĩa ſub
conditione eadem, uel diuerſa , tunc fit contribu-
tio,& detrahitur Trebellianica de oĩbus ſimul, nõ
faciendo differentiam, an fuerint omnia vniuerſa-
lia,an particularia,an aliqua particularia, & aliqua
vniuerſalia,vt habetur per Io. de Imol.in d.§.idem
Pomponius in 2.caſu,& ibi hoc uoluit Bar.& doct.
ibi cõiter cum hoc pertranſeunt:ſed in caſu noſtro
vnum fideicom. vniuerſale factum fuit vxori ſub
conditione,& aliud liberis D. Ioannis de Mereſca-
la ſimiliter ſub conditione , ergo ex illis eſt detra-
henda Trebellianica,& fieri debet contributio.
89 ¶ Tertia eſt concluſio , † ꝙ ſi fideicommiſſum fue-
rit factum ſub conditione,& legata in diem certũ,
prout plura fuerunt facta in caſu noſtro , tunc fieri
debet contributio , & Trebellianica eſt ex omnib.
integraliter detrahẽda, ut per Imol.in d.§.idẽ Pom
ponius, dummodo non fuerint legata pia; ex quib.
non detrahitur Trebellianica , ut in auth. ſimiliter
C.ad l.Fal. ſed quamuis ex legatis pijs non poſſit de
trahi, detrahetur tn̄ ex alijs legatis in diem , uel ſub
conditione factis,& ex ipſo fideicommiſſo integra
liter per ea,quæ habentur per gl.in d.auth.ſimiliter,
& per D.meum Soc.in d.§.idem Pomponius; & ex
iſtis modò colligitur, ex quibus detrahenda ſit Tre
bellianica,& quorum ſit facienda contributio , nã
abſq; dubio ex ipſo fideicõmiſſo uniuerſali iniun-
cto ipſi D.Loyſiæ debet detrahi Trebellianica pro
illius rata, item ex alijs etiã fideicommiſſis uniuer-
ſalibus, & particularibus factis ſub conditione, uel
in diem etiam pro eorum ratis eſt detrahenda tali-
ter, ꝙ de tota ſubſtantia domini teſtatoris hæredes
habeant in effectu dimidiam omniũ bonorũ illius
ſubſtantiæ,quam habuit teſtator tẽpore mortis ui-
delicet tertiam partem pro legitima debita iure na
turæ,& quartam reſidui , quæ ambæ capiunt dimi-
diam, ut dicit gl.computando in d.c. Raynutius, &
ibi omnes cum ſimilibus;& hæc ſufficiant pro enu-
cleatione prædictarum dubitationum. Laus Deo

*SVMMARIVM.*

1 *Inſtitutis,& ſubſtitutis inuicem pluribus filijs,ius legitimarum*
*hæreditatum inter illos,eorumq; filios reſeruatum cenſetur,*
*& quomodo hoc uerum ſit nu.16.*
2 *Filius fratris præmortui ſecundum ius legitimarum hæredita-*
*tum patris locum obtinet,& unà cum patruo admittitur.*
3 *Ad fideicommiſſum quo ordine uocati admittantur.*
4 *Ius fideicommiſſi vniuerſalis tranſmittit ad filios,& hr̃des,qui*
*ſunt de deſcendentib. teſtatoris,& qũo hoc uerum ſit nu. 17.*

Sub-